Wendelino. 26.
Jan. 1643.

340.

Discedens nuper hinc Laevir tuus, Vir Amplissime ac doctiss.e, cur nihil à me literarum tulerit, causam fortasse divinaveris. Sim peritior in caelestium rerum vates, quam terrenarum causam ecce ipse prodo, et nube tertium astructurus sum. confertissimas nimirum occupationes meas, quibus quae tranquillè tractas, amaenissima Indiorum carptim ego ac desultoriè attingo, amicitiae vero vel humanitatis officijs negligentissimè satisfacio. ut si me literarum aut verborum numero aestimo planè sis injurius amici censor, virtutis ac doctrinae tuae cultoris longè addictissimi. Tandem pro traditis immerenti observationum singularium gemellis clavibus gratias his verbis ago. constanti illas et fideli custodiâ premendas spondeo, quousque per te non stare significes quin compotes literationes amicos faciam arcani utrique plurium notitiâ atque admiratione digni. quod caue à me dictum suspicere, quasi jam vacillante ac depositi fidem proditurientem. Semper sic judicavi pessimam illam omnium rei alienae invito domino contrectationem esse, et furto longè nequiorem quâ fallimus depositi fide. Tu dices. me dicto audiente habebis, quasi Wendelinus Wendelino imperasset. Redeundi in praesentia non animus sed facultas deficit. Posso inveniri dicacitatis meae in immensum auctor seges, ex quo ad Mosae Trajectum conveniunt. sed ejusmodi aspinarum quae tandem ratio ad illam tuam arduae perfectae et caelesti contemplationi intentissimam mentem. Colligentur tamen thesauri illi, si dijs placet ac typorum operis, si dijs placet, apparentur

quia nempe amicis placuit, amico animo, quod. A planè non amico, non veraci, ingenij, tuis, et ut sit excludatur fetus ille, Puteanum ut primis, multiplice abortum aestimantibus. Si excludatur, primus Ecclesiae Romanae adoritur. Praemonitus dixi. ut quasi molliores ictus veniat tolleratus. Vale, Vir maxime, et me ama vel immerente quia medullitus tuum

Hag. Com. VII. Cal. Feb. CIƆIƆCXLIII.

T. E.

418

341

quid in nostrum Puteano venerit cur amico Eosti rescribere negligat vel detrectet ad epistolam inde ab Augusto mense è castris datam, quaerit et per Eosce ite versiculos, ijsdem castris editos, quantocyus respondeat rogat

Huijgens à Zuylichem.

VII. Cal. Febr. CIƆIƆCXLIII.